Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



170

Iohannes sic ait. Et gauisi sunt discipuli uiso dno. Dixit ergo eis iterũ. Pax
uobis. Sicut misit me pat̃. & ego mitto uos. Et cũ hoc dixisset. insufflaut
his & dixit eis. Accipite spm̃ sc̃m. Quorũ remiseritis peccata remit
tunt̃. & quorũ retenueritis retenta sunt. Lucas autẽ dicit. Et quomodo
cognouerunt eũ in fractione panis. Cum hec autẽ loquuntur. ipse
stetit in medio eorũ. & dixit eis. Pax uobiscũ. Ego sũ. nolite timere. Con
turbati autẽ & conterriti. existimabant se spm̃ uidere. Et possent ui
deri his plures fuisse. S; quia & hic sero resurrectionis dicit. Iam ad
uesperascente iam die qui fuerant ingressi manere cũ dno. ubi ille
se eis repente subduxit. eadẽ hora addiscipulos hii duo remeasse p
duntur. quando palpandũ se obtulit. Et sedm iohannẽ. & hoc die
illa una sabbatorũ inducit̃ apparuisse discipulis. & uulnera obtulisse
palpanda. Hic quid ambiguitatis adferrit. putauim̃ diligentius
requirendũ. Videtur enim separatim istis undecim se demonstrasse. sicut
et ammoni & cleophe seorsũ iam uespere demonstrauerat. Et quẽ
admodũ isti duo. ita etiã illi uident undecim ad confirmandos reli
quos conuenire potuisse. Denique & conturbati sunt. Habes sedm
lucã. Et ideo aperuit illis sensũ. ut intelligerent ea quę scripta sũt.
Hunc autẽ latius. illum succinctius scripsisse ñ dubiũ. Et quom
enim soli cephę uisum dicerent si abomnib̃ erat uisus. S; sicut ex mu
lieribus marię. & alię marię marię magdalenę. ita ex uiris petro
uisus est primo mane. Et paulus sic ait. Tradidi enim uobis in primis
quia xp̃s mortuus est sedm scripturas. & quia sepultus est & quia re
surrexit die tertia sedm scripturã. & uisus est cephę. & ideo marcus spe
cialiter induxit iuuenẽ mandantẽ ut petro & discipulis dicerent mu
lieres. quia surrexit dns. Petrus ergo uidit solus dnm. Deuotio enim pa
rata semp & prompta credebat. Et ideo studebat frequentiora fida
signa colligere. alibi cũ iohanne alibi solus. Vbiq; tamen impiger
currit. ubiq; aut solus aut primus. ñ contentus uidisse quę uiderat